


376



374

380

loco genua fleximus, et adorato Domino indulgentias accepi-
mus (†). Reduximus ibi ad memoriam impias Judaeorum
accusationes Christi, et proclamationem injustam, et judicis
injusti metum, et Christi silentium, et multa, quae in hoc
loco sacro contigerunt.

370

385

365

De praetorio et domo Pilati, in qua Dominus flagella-
tus, coronatus et multipliciter vexatus fuit.

425

Orationibus finitis in loco praefato surreximus, et per
arcum jam dictum transivimus, et ad domum Pilati venimus,
in qua domo, quanta Dominus Jesus sustinuerit, nullus Chri-
stianus ignorat. Erat in ea praetorium, in quod Dominus
Jesus duris nexibus vincetus et catena ferrea collo circumda-
tus judici praesentandus fuit ductus, accusatus, examinatus,
ad Herodem missus, et iterum reductus in hanc domum, et
interrogatus, flagellatus, spinis coronatus, et multipliciter
derisus, et plenus opprobriis populo fuit ostensus. Ante fores
igitur illius domus in terram nos prostravimus cum multo fletu,
et orationes in processionali praescriptas diximus, et indul-
gentias (††) plenariae remissionis accepimus, et surgentes
lapides parietum deosculati sumus. Libentissime autem domum
illam ingressi fuissemus, sed inhabitatores ejus nolebant eam
aperire, stabamus namque ante domum, sicut Judaei stabant,
quando Christum judici (**139 A**) praesentabant, qui nolentes
ingredi hanc domum, ut non contaminarentur, sed manduca-
rent pascha, nos vero optavimus totis praecordiis ingredi, ut
contaminationes nostrae et immunditiae mundarentur, et ut
magis sanctificaremur, sed intromissi non fuimus pro hac
vice. Post recessum autem militum a Jerusalem in eam
venimus per practicam, sicut dicetur infra fol. 231. B. Domus
illa, quamvis per Titum fuerit cum aliis eversa, remanserunt
tamen muri aliqui, super quos in reaedificatione alia domus
fuit constructa, et ita species prioris domus ablata. Remansit
autem arcus portae, per quam Dominus inductus et eductus
est, et nunc sub arcu illo non est introitus domus, sed alibi,
et antiqua porta stat quidem, sed muro obturata. Sunt autem
in lapidibus capitalibus et arcualibus antiquae portae rotae

325

475

275

Ende

Anfang